

& castris, deinde princeps in vno ex illis oppidis vel castris alium iudicem constituit. Hoc casu concessio facta secundo, & facta priuatiue ad primum. Exemplum est in casu egregio, de quo respondit Roma. in consil. 393. nu. 11. Castrum Compagnatici erat subiectum ciuitati Senarum, quæ prætorum in illo ad ius dicendum mittere consueuerat. Et qui quidem prætor iurisdictionem exercebat et in hoies castri Battignani. Couentum deinde fuit inter ipsam ciuitatem Senarum, & castrum Battignani, quod mitteretur spalis Vicarius, qui de causis Battignanorum cognosceret & iudicaret. Dubitatum fuit, an a prætore Compagnatici adempta fuerit iurisdictione Battignanorum, vel potius possit ipse et ius dicere in ipsos Battignanos, atque ita an Vicario collata esse iurisdictione cumulatim, vel priuatiue? respondit Roma. priuatiue collatam fuisse. Et rone vsus est Roma. in d. nu. 11. quia concedendo spalem iurisdictionem, ceterum derogatum generali competenti alteri, arg. l. quod in rerum, §. si quis post, de legat. 1. & l. quæ sit, §. ult. ff. de fundo instrumto instrumto; leg. Nec obstat inquit Roma. n. 14. ver. nec dicitur tali casu quod videatur sublata iurisdictione prætoris Compagnatici, quia iurisdictione non erat propria dictæ prætoris, ex quo subijciebatur ciuitati Senarum. Et propterea eius iurisdictione dici non potest. Ita ait Roma. probat. l. tam collatores, C. de re milit. lib. 10. & ibi notat Bar. in fin. & dicit esse singularem idem Roma. in singul. 21. Romanum secuti sunt Martinus Laudenf. in tracta. de confédérationib. principum, q. 17. Caccia lup. in loes populi, num. 182. vers. nono quaritur, ff. de iust. & iure, 10. Baptista Ferret. in consil. 142. num. 15. Brunus in consil. 47. num. 10. vers. postremo, & Gramma. in decisio. 30. n. 8. Ceterum Felinus in c. pastoralis, col. 1. vers. limitata primo, de off. ord. dubitat, & respondet illi l. tam collatores. Et rectius quidem Felin. qui Romani responsu non satis recte intellexit, dubitari potest, quod iura quæ p sua illa opinione considerauit Roma. in dicto consil. 393. num. 11. procedunt in vltimis dispositionibus, non autem in dispositione legis, in quibus specialis non derogat generali, nisi incompatibiles sint, sicuti explicat Aret. in d. l. quod in rerum, §. si quis post, col. 2. vers. Et hinc rationibus. Et præterea dubitare poterat Roma. quia text. l. eam collatores, in fi. & ibidem Bart. loquitur respectu personæ illius, cui collata est iurisdictione, ut scilicet, si aliquid ipse egerit, conueniri possit sub maiori illo magistratu, a cuius iurisdictione hic nouus iudex non dicitur exemptus. In iudicijs tamen difficile admodum esset recedere a Roman. & sequacium opin.

Nonus est casus, quando iurisdictione competens ordinario magistratui, conceditur alteri iudici, & fauore personarum, in quibus illa exercenda est, sicuti si fauore monachorum datus est specialis visitator. Et enim præsumitur datus priuatiue ad iurisdictionem Episcopi. Ita ex sententia Iacob. de Aret. in l. quod in rerum, §. si quis post, de leg. 1. scripserunt Bald. in l. vnica, §. vbi autem, nu. 7. C. de cad. toll. Ang. in l. testamenta, col. 1. vers. aut non constar. C. de testa. Castr. in l. si quis cum procurator, §. Julianus, n. 2. ff. de procur. Aret. in d. §. si quis, col. 3. in princ. & in consil. 102. n. 1. ver. aliquando iurisd. Ale. in l. Gallus, §. ille casus, n. 10. ff. de li. & posth. Ruin. consil. 7. nu. 6. lib. 4. Corn. in consil. 30. nu. 4. & 5. lib. 2. Afflic. in decis. 41. & Crau. in tract. de antiq. tempor. in quarta parte princip. num. 124. & in consil. 41. nu. 34. vers. ficul. septimo iura, qui scribit hoc multo magis procedere, quando etiam concurrat fauor personæ, cui conceditur iurisdictione. Et in hanc sententiam adducitur l. vlt. Cod. de iurisd. omn. iudic. & l. vlt. Cod. de appar. mag. milit. lib. 12. Et idem probat text. l. vlt. C. vbi causa fiska. iuxta sensum, quem explicabimus infra in vltimo casu huius capituli, eandem opinionem probauit Ioannes Gutierrez Hispanus in libr. 3. practicarum qua-

tionum, cap. 24. nu. 16. vers. tertio, quia Veru a prædicta opinione post Anch. in cap. tibi qui, de rescrip. in 6. & Bal. in l. 1. quæ sit, 1. ff. de off. consul. & in authen. habita. col. 5. C. ne filius pro parte, dissentit lafon in dict. §. si quis post, nu. 6. vers. breuiter. Et inter alia multum vrgere videtur quod scripsit Bart. in l. in sacris, num. 2. C. de prox. sac. scrip. lib. 12. cum dixit, quod si cauetur statuto, quod Hospitale misericordie non possit agere, nec conueniri, nisi sub iudice portæ Sancti Petri. Et si alio statuto cauetur, quod index portæ Eburneæ solum habeat cognitionem a decem libris infra. Inquit Bart. quod Hospitale poterit agere, & conueniri coram iudice portæ Eburneæ, in causis a decem libris infra. Et illud statutum, quod Hospitale debeat agere, & conueniri coram iudice S. Petri, intelligitur in alijs causis, quarum cognitio non est specialiter commissa alijs iudicibus. Et Bart. secuti sunt Franc. Baldi inter consilia Baldi in consil. 253. Vis omnibus, in fi. lib. 5. Alex. in consil. 63. nu. 9. lib. 7. Dec. in consil. 3. nu. 3. Gram. in consil. 2. nu. 8. post decisiones. Responderi tñ facile potest, illud priuilegium concessum Hospitali, esse magis spale illo concessio pro causis a decem libris infra. Na quando duo priuilegia concurrunt, illud dicitur esse magis spale quod conceditur personæ, sicuti in his terminis docuit Bald. in l. 1. quæ sit, 3. ff. de off. consul. in l. Gallus, §. ille casus, col. vlt. ff. de lib. & posth. Idem scripsit Dec. in l. toto, nu. 3. de reg. iur. & in cap. in presentia, nu. 51. de probatio. Et in specie huius nostri casus idem affirmarunt Bald. in l. vnica, §. vbi autem, nu. 7. C. de cad. tollen. & Alexand. in dict. §. ille casus, nu. 10. & in d. l. Titia textores, de leg. 1. Retinenda est ergo prima opinio, quæ quidem locum non habet, quando lex vel statutum ulterius progreditur declarando, quod non sit derogatum iurisdictioni iudicis ordinarij, sicuti loquitur statutum Papiæ de regimine potestatis, stat. 58. sub rubr. de officio consulum mercatorum, & c. quod declaratur iurisdictionem datam consulis mercatorum, in eorum causis non derogare iurisdictioni Prætoris.

Decimus est casus, e contra quando odio & etartum personarum conceditur iurisdictione alteri iudici. Hoc casu cumulatim concessio dicitur. Ita Ang. in l. si testamentata, col. 1. vers. si veru est iurisdictione. C. de testam. l. si vacantia, Cod. de bonis vaca. lib. 10. Aret. in dict. l. quod in rerum, §. si quis post, col. 2. in fin. de leg. 1. vbi etiam Ias. nu. 10. & Ioan. Petrus Surdus in consil. 56. nu. 30. Sic intelligentes cap. per hoc, de hæret. in 6. Idem probat text. §. 1. vers. oportet, in auth. vt de sancti seu funera eorum, iuxta sensum quem explicabimus infra in vlt. casu.

Vndecimus est casus, quando concessa est iurisdictione prælati regularibus in suos, vel monachos, vel fratres. Hoc sanè casu præsumitur concessio priuatiue ad Episcopum, Ita Abb. in cap. pastoralis, & ibidem Felin. nu. 4. vers. ficul. limita septimo, de offic. ordinar. & idem Abb. in cap. ceterum, col. 2. vers. fateor tamen, de iud. Et his declarauit Rota Romana referente Puteo in decis. 239. lib. 3. Sacrum Concilium Tridentinum, sess. sexta, c. 3. in decreto de Reformatione, tribuens Prælatis iurisdictionem corrigedi excessus subditorum, intelligi, concessisse prælati regularium iurisdictionem priuatiue ad ordinariu. Id quod mihi aperte videtur decessum ab eodem Conc. sess. 25. tit. de regular. c. 14.

Duodecim est casus, quod priuilegio personæ eius cui facta est concessio, fuit concessa iurisdictione. Hoc sanè casu intelligitur priuatiue concessio. Ita rñdit Ang. in consil. 375. col. 2. vers. idè dico, si in modu, & col. vlt. vers. quarto fallit, idem scripserunt Felin. c. irrefragabili, col. 1. vers. declarata p dicit, de off. ord. Gra. in decis. 30. n. 12. Crau. in consil. 41. n. 31. & nu. 33. in fin. qui dixit, idè esse, quoniam contractu concessa fuit iurisdictione. Et ij quidè moti sunt text. c. irrefragabili, de off. ord. & c. vt debitus, de appe.

Decimus tertius est casus, quod præscriptioe acquisita, & facta fuit iurisdictione. Hoc casu censetur acquisita priuatiue. Ita Felin. in c. pastoralis, nu. 5. vers. limitata octauo, de off. ord. post Abbatem ibi, & in c. auditis, col. 3. de præf. Butrium, & Imol. in c. conueniente, col. pen. de off. ord. Et accedunt Baldus in consil. 201. casus talis est Rever. pater. lib. 2. Cald. in consil. 6. in tit. de sent. excomm. Ioa. Baptista Ferretus in consil. 142. nu. 13. Et subiungit Felin. casum hunc sine controuersia procedere, quando primus ille iudex, contra quem scriptum fuit, prohibitus fuisset ab hoc præscribente, & prohibitioni acquiescisset, etiam si prohibitio facta fuisset (ait Felinus) pro bono pacis.

Decimus quartus casus est, quod statutum, vel consuetudine concessa est duob. ordinarijs iurisdictione, adiecta clausula, ambobus, vel alteri eoru. Hoc sanè casu iurisdictione censetur concessa cumulatim, & in solidu. Ita egregie respondit Ber. in consil. 22. col. pen. in fi. lib. 1.

Decimus quintus, & vltimus est casus, quando sumus in dubio, vt quia non apparet, vel fauore, vel odio personarum fuisse alteri iudici concessam ordinariam iurisdictionem, sed solu apparet quod in vna specie causarum fauore publico concessa fuit iurisdictione, quæ ordinario compete bat. Hoc in casu dubio præsumitur concessio cumulatim, non autem priuatiue facta. Ita Bart. in l. 1. Co. de off. præf. vrbis, cū dixit, quod licet in ciuitate creatur nouus officialis spalis sup danis datis, vel super abundantia, non tñ pp hoc tollitur iurisdictione Prætoris, qui vniuersalem hæi iurisdictionem. Et Bar. secuti sunt Ang. in l. testameta. ad fi. vers. idè est si dubitatur, C. de testam. & in consil. 375. nu. 3. in fi. vers. regulariter aut, & alij congesti a Fr. Aret. in l. quod in rerum, §. si quis, col. 1. de leg. 1. vbi col. vlt. ver. pro conclusionem. testatur cum Bar. esse magis receptam opinionem. Eadè probauit ipsemet Aret. in consil. 102. n. 1. Et idè afferunt ibid. lafon d. §. si quis post, nu. 8. His accedunt, & alij commemorati ab Ang. Aret. in l. 1. §. si quis in appellatione, n. 13. ff. de appel. & a Felin. in d. c. pastoralis, col. 1. de off. ord. Eandè probauit Bened. Plu binus in l. Thais, §. vlt. ff. de fideic. libert. Ita quoque rñdit Anch. in consil. 164. nu. 6. vers. nec ex eo, cū dixit, iurisdictionem concessam certis officialibus Florentia super bonis cessantiu, quos appellamus decoctores, non auferre iurisdictionem ab ordinario, sed cumulatim illis concessam psumi, sic et rñditur Dec. in consil. 3. numero 3. Grat. in consil. 71. nu. 11. & nu. 26. lib. 1. Bero. in consil. 22. nu. 24. lib. 1. Paris. in consil. 9. n. 10. li. 4. Gra. in consil. 6. n. 23. in crimi. & Ripa in tract. de peste, in tit. de preferatiuis remedijs contra pestem, n. 60. qui ob id ait, Papiæ iudicibus viaru, qui & cloacarum curiam hnt, censerit data iurisdictione cumulatim ad prætorum Papiæ, non autem priuatiue. Idem quoque nouissimè Ioan. Petr. Surdus in consil. 56. nu. 19. lib. 1. respondit, non præsumi derogat iurisdictione Capitanei iustitie Montisferati, & si Sereniss. D. Dux constituit duos ex consiliarijs, qui cognoscerent de crimine eoru, qui contra edictu principis exportassent annonam extra provinciam. Et horu opinionem secutus sum in lib. 1. de arbit. iud. q. 40. n. 1. & 2. Et quanquam existimo receptam hanc opinionem esse veram, & sequendam, attu multa afferuntur argumenta, quæ minimè probant.

Primo enim adduci solet text. l. 1. C. de off. Præf. vrbis, vbi licet iurisdictione sit concessa præfecto annonæ circa annonam ipsam, non tamen censetur priuatiue eadè iurisdictione præfectus vrbis, & cui totius ciuitatis generalis iurisdictione concessa fuerat. Verum Aret. in d. l. quod in rerum, §. si quis post, col. 2. ver. ad secundum, de leg. 1. rñdet, quod id euenit, quia princeps ipse expressè declarauit, quod ea concessio facta præfecto annonæ sublata non esset iurisdictione ià cōpetens præfecto vrbis, si ergo princeps ita non declarasset, derogatum diceretur iurisdictioni ipsius præfecti vrbis, atque ita arguere retorquetur. Nisi dicamus principem ita eo in loco declarasse ad tollendam oem dubitationem. Ne igitur in dubium reuocaretur, an illi iurisdictioni fuisset derogatū, vel non, ita statuit princeps. Hanc postremam interpretationem probauit post lac. But. Ang. in consil. 375. Praten. nu. 2. Aliu tñ sésu attulit idem Ang. in l. testamenta, col. 1. C. de testa.

Secundo affertur text. l. 2. §. aliquot annos, ff. de orig. iur. vbi prætor peregrinoru creato, non dñ sublata iurisdictione prætoris vrbani. Inquit, n. tex. quod prætor peregrinoru plerūq. de ipsoru peregrinoru causis cognoscere pot. Ceteru iuderi pot, quod prætor ille peregrinoru creatus non fuit, vt de peregrinorum causis tñ cognosceret, sed poterat et causas ciuiu iudicare, atque ita non specialis iudex, sed generalis creatus est, vt illo in loco explicat Coraf. in fi. Et tamen dictus est prætor Peregrinoru ob id, quod multo plus de illorum causis, quæ de causis ciuiu cognosceret, & iudicaret.

Tertio perpendi solet text. l. nec quidquam, in princip. & in 2. resp. ff. de off. proconsul. & leg. vbi proconsul. in causis inter fiscum, & priuatiu melius facit, si se abstinet. Illud verbu, melius, stat cōparatiue, & significat, quod ipse proconsul. est iudex in dictis causis, quamuis procurator Cæsaris sit specialis iudex. Ita text. hunc ad rē perpendit Aret. in d. §. si quis post, col. vlt. vers. secūdo adduco. Ceteru responderi potest id euenire ob summā potestatem præconfulis, cui tributa erat facultas, vt posset ius dicere de omnibus causis, de quibus poterant oes magistratus ordinarij, & extraordinarij vrbis Romæ, l. si in aliquam, §. vlt. ff. de off. proconsul. & legat. & principis personam quodammodo in ipsa provincia obrinebat. l. & ideo, eod. tit. Non ergo mirum, si cum Cæsaris procuratore in eadem iurisdictione concurrebat.

Quarto consideratur l. vlt. C. vbi causa fiska. & ibi gl. vbi licet Comiti domorum detur specialis iurisdictione in colonos, & inquilinos imperiales, attamè iurisdictione competens præfidi circa easdem personas, & res, sublata non censetur, l. cum aliquis, eod. tit. Ceterum, si rectè perpendamus, nil vrget hoc responsum, sunt enim duo casus, quorum primus est, quando contentio est inter Colonu Cæsaris, & Cæsare ipsu. Hoc casu cognoscit Receptor provincie. Ita loquitur d. l. cum al quis, & ibi sèfit glo. in pen. expofit. Secundus veru est casus, quando contentio est inter Colonum Cæsaris, & priuatum. Huius cause cognoscentes sunt Præpositus sacri cubiculi, & Comes domorum, & nullus alius. Ita loquitur dic. l. vlt. que edita fuit fauore ipsorum colonorum, & inquilinorum imperialium. Non ergo mirum, si taxatiue est dictum, quod non alterius sit cognitio hæc.

Quinto melius suffragatur text. l. vlt. C. de iurisd. omnium iud. vbi etsi Receptor militum conceditur iurisdictione de rebus militaribus, non tñ adempta censetur iurisdictione, eisdem de causis cōpetens alteri magistratui ordinario. Et quanquæ existimant aliqui, vt retuli supra in nono casu, id cōtingere fauore personarum, quib. dati sunt iudices illi, attu si rectè perpendatur, nullus earum fauor consideratur, cū coactio eis imponatur, vt conueniri possint, tam sub vno quam sub alio magistratu.

Sexto perpenditur text. in §. 1. ver. oportet, in auth. vt defuncti, seu funera eorum, vbi aduersus prohibentem exequias mortui, constitutus est iudex specialis, nempe præfectus vrbis, & tamen duobus alijs eadè potestas concessa est, nempe Præfecto prætorio, & Magistro officiorum, sed facili enitari potest hic locus, cum constitutum id sit odio personarum, quæ exequias mortuorum impediant, sicuti attigimus supra in decimo casu.

Septimo afferri solet text. in §. & iudicare, in auth. de defens. ciuit. Veru colligi facili potest responsio ex his quæ scripsi supra in 5. casu, in quo text. iste procedit.

Tomus Primus. K 3 Octauo

Oftendit adducitur tex. c. ceterum, de iud. argu. ducto a speciali. Est enim ibi speciale, ut iurisdictione concessa domino feudi, in causis suorum vasallorum, ei soli competat, & non ordinario. Verum negari facile potest, id factum esse speciale iure, sed imo communi, cum in dominum illum translata sit iurisdictione vel privilegio, vel contractu, iuxta ea quae diximus supra in primo casu. Non d' afferri etiam consuevit tex. c. per hoc, de here. in 6. Verum procedit odio haereticorum, adversus quos dantur plures iudices cumulatiue, nemp' episcopus, & inquisitor, sicuti diximus supra in nono casu. Decimo, & ultimo adducitur simile quod habetur in l. quoties, §. vlt. ff. de admin. tut. vbi curatore dato certis bonis pupilli auctis, non dicitur sublata administratio tutoris generalis circa eadem bona. Potest etiam facile, si id factum esse favore pupillorum dicimus. Et quia is curator certis bonis datus, subest tutori, cui rationem suae administrationis tanquam principali administratori reddere tenetur. Est ergo dicendum, quod casus iste solum probetur illis tex. l. c. de offic. Praefecti vrbis, & l. vlt. C. de iurisd. om. iud. Contraria itaq' opinio, & male conati sunt defendere Jacob. de Aren. & Bal. in d. l. q. in reru. §. si quis post, ff. de le. r. & idē Bal. in l. cū p'ror, ff. de iudicijs, quem ibi secutus est Ang. Ita quoq'. Crau. cons. l. r. n. 8. vers. pro hoc quod. Et primo quidem adduci solet d. l. c. de offic. Praefecti vrbis, de cuius sensu satis abunde dictum fuit supra. Secundo afferitur l. cum clericis, C. de episc. & cler. vbi Bald. notat. Ibi enim assignato spali iudice certo generi personaru, censetur adēpta iurisdictione primo magistratui. Verum r'ndetur id contigisse favore illarum personarum, quibus datus fuit secundus iudex, iuxta ea quae scripsi supra in 9. casu. Tertio adducitur argumentu, spes derogat generali, v. xotē, §. felicissimo, & l. seruis vrbis, de leg. 3. & l. quæ situm, §. si quis fundu. ff. de fundo instr. cū ergo scdo iudice concessa est spalis iurisdictione, derogatum censetur iurisdictioni alterius generalis iudicis. Ceterum r'ndet Aret. in d. §. si quis post. col. 2. vers. sed his rōnib. & c. quod in vltimis voluntatibus sicque in dispositione hominis, §. spalis derogat generali. Ita loquuntur iura supra allegata, secus verò in dispositione legis, in qua ipi ritualis non derogat generali, nisi sint incompatibiles. Ita declarat Bart. in l. r. §. hoc autem, il. r. nu. 7. de oper. noui nunc. & in l. sanctio legum, ff. de pen. quem secuti sunt ibi Alex. & alij, & Reu. cons. 7. n. 5. li. 4. R'ndetur et scdo, ex snia Bal. in l. vnica, §. vbi aut, Co. de cad. toll. quē secutus est Aff. dec. 4. n. 2. Dixit Bal. q' regula, g'ri p' spem derogatur, locu' f' hēt in iurisdictionalib. favore publico. Quarto adducitur simile ex l. si duo, ff. de adm. tut. Veru' r'ndetur, quod ibi expressē facta fuerat administratio diuisio, ita quod vnus de alterius administratione se impedire non poterat. Scdm est huius disputationis caput, quod versatur circa iurisdictione delegatis tributa. Quo sanē in capite distinguendi sunt pariter aliqui casus. Primus est, qn princeps delegauit eam vni, deinde eandē alteri mandauit. Hoc casu §. priuatiue mandata censetur iurisd. Ita Ang. in l. testamēta, col. r. vers. idē post cōmissionē, Co. de test. Fel. in c. pastor. col. 2. vers. limita 4. de off. ord. & Io. Petr. Surd. in d. cons. 56. n. 29. li. r. Ea rōne, & argō ij vs sunt, quod valet argū a mandato §. procuratoris ad mandatu' iurisdictionis, l. iudicium soluitur, ff. de iud. iuncta l. si quis cū procuratorio, §. vlt. ff. de proc. & ca. r. de procur. in 6. Atqui qn mandatur idem negocium nouo procuratori, primus ille praesumitur reuocatus. l. si quis cū procuratorio, §. vlt. ff. de procur. vbi Bar. Bald. Castr. & reliqui, dicemus infra praef. 2. in quarto casu. Ergo pari modo censetur derogatum, & iurisdictioni primi delegati. Cōfert etiam c. studuisti, de offi. deleg. Hunc casum r'ntem intelligit Castr. in d. l. si quis eum procuratorio, §. vlt. n. 2. quando secundum rescriptum mentionem facit pri-

mi, aliās non, ex c. ceterum, de rescrip. Secundus est casus, quando iam pluribus delegatis, mā data fuit iurisdictione, deinde expeditio causae, vel vnus articuli ad eam pertinentis, vni ipsorum delegatorum mandatur. Hoc etiam casu priuatiue mandata censetur iurisdictione. Ita Ang. in d. l. testam. in prin. C. de testamē. & idem in cons. 375. Pratenfis. n. 3. Fel. in d. c. palt. col. 2. vers. limita quarto. Et huius sententiae ea est ratio, quia inclusio vnus est exclusio alterius, leg. cum p'ror, in prin. ff. de iud. Cum ergo expeditio, vel articulus vni est mandatus, alij exclusi censentur. Tertius est casus, qn iurisdictione duobus §. simpliciter mandatur. Hoc sanē casu, praesumitur mandata cum platiue, non tamen insolidum, sed quod simul concurrant in cognitione, & diffinitione causae, ita probat cap. prudentiam, in princip. de officio deleg. & ibidem Dec. & Berous, & idem Bero. in consil. 22. numer. 26. & numer. 42. lib. r. Quartus est casus, qn duob. mandata est iurisdictione, §. adiecta clausula, vel alteri vestru. Hoc casu iurisdictione censetur cumulatiue mandata in solidum. Ita Bero. in d. consil. 22. n. 26. & n. 42. l. r. ex snia Arch. in c. cum episc. n. 8. de offi. ordi. in 6. & Butrij in cap. r. in 2. opposit. de officio Arch. & apertius Abb. in c. prudentiam, in prin. in secundo notab. de offic. delegati. & ibidē Dec. & Berous, egregie Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullitate sententiae ex defectu iurisdictionis ordinarij, nume. 179. & n. 180. vbi declarat. Effectus, §. qui oritur ex hac cognitione quod cumulatiue, vel priuatiue concessa fuerit iurisdictione, magna est vtilitatis. Cum enim priuatiue collata est, nullus praeter principē manus (quod aiunt) apponere potest. Is enim solus magistratus, vel delegatus, cui sit tributa est iurisdictione, cognoscit & diffinit, quemadmodu scribunt Doctores multi ex allegatis supra, praesertim Fel. in d. c. pastoralis, col. 3. & Berous in d. consil. 22. num. 42. li. r. Quae tamen sententia intelligitur, nisi hic iudex sit negligens. Nam tunc eius negligentiam supplet maior magistratus illius loci. Ita declarat post alios ab eo congestos, Fel. in d. capit. pastoralis col. 3. vers. tempora ista. Qui subiungit, idem esse quando ob absentiam iudex iste nō potest cognoscere, & iudicare, idem scripsit Ruin. in consil. 5. numer. 2. lib. 5. vbi column. 4. vers. cul. non obstat, declarat non procedere quando ille maior magistratus tanquam suspectus fuisse ea iurisdictione priuatus. Cū verò cumulatiue concessa est iurisdictione, ita quod vnusquisque per se, & insolidum cognoscere, & diffinire potest causam, locus est §. prauectioni. Is enim solus de ipsa causa cognoscit, & iudicat, qui primus aditus fuit a partibus. Et quod ab eo factum erit, valebit absque eo, quod constet de alterius impedimento. Ita tradunt omnes in cap. prudentiam, in prin. vbi Abbas col. 3. Decius, & Berous de off. deleg. Aret. in consil. 92. Ruin. in consil. 7. num. 7. lib. 3. Berous in d. consilio 22. num. 42. lib. r. Cum verò §. iurisdictione concessa fuit cumulatiue pluribus, vt vnuerfis, sicque simul, tunc vnus sine altero procedere non potest, sed vna simul adesse debent, sicuti probat d. c. causam matrimonij, & c. prudentiam, in princip. vbi Fel. in col. r. de off. deleg. & ibidem etiam Dec. & Bero. Vantius in d. trac. de nullit. sent. ex defectu iurisd. ord. num. 176. Iurisdictionem iudicis, quando prorogasse auctorem, vel eum conuentum praesumatur? S V M M A R I V M. Iurisdictione iudicis ab ipsis litigantibus conferatur, tacito vel expresso eorum consensu, in auctorem volente. Iurisdictione de tempore ad tempus, & de re ad rem prorogatur, etiam sine expresso consensu, nu. 3. Sicque de persona ad personam, num. 4.

- Iurisdictionis prorogationi, quando praesumantur partes consentisse, num. 6. 7. & 11. Actus necessitate factus, consensum non infert. Errantis nullus est consensus. Iura omnes scire tenentur. Litigator imperitus, in dubio coram iudice incompetente, per errorem litigasse praesumitur.

P R A E S V M P T. XIX.

VENIT etiam aliquando, vt iudici conferatur iurisdictione ab ipsimet litigantibus, §. qui vel expresso vel tacito consensu iurisdictionem prorogant, atque extendunt, eodem tamen iudice expressē, vel tacite consentiente. §. 1. 2. §. sed si iudex, ff. de iud. vbi de tempore ad tempus §. prorogatur iurisdictione, & ibidē annotauit Bar. & idē scripserunt Inn. & reliqui in c. de causis, de offi. delegat. Ita pariter de re ad rem prorogari iurisdictione potest, et sine expresso consensu partium, l. de qua re, §. 1. ff. de iudicijs, & ibidem gl. Bar. in d. l. 2. §. sed si iudex. Et sufficere tacitum consensum hoc in casu auctoritate Abbatis, Imol. Alex. & aliorum, affirmauit Vantius in tract. de nullitate, in tit. quibus mod. sent. nulla defendatur, nu. 77. ita quoque tacitus, vel expresso partium consensu, prorogatur iurisdictione §. de persona ad personam, & vnus iudex pro altero assumitur, l. 1. & l. 2. §. conuenire, ff. de iudicijs, & declarat Vant. praecitato in loco, n. 78. Dubitari autem contingit, quando dicatur, & praesumantur partes ipsae litigantes consentisse ipsi prorogationi? Et §. dicendum est, aliquibus signis cognosci consensisse, & primum quidem esse potest signum. §. quando reus conuentus coram iudice non suo, non opposuit exceptionem declinatoriam ante litem contestatam, sed solum opposuit alias exceptiones dilatorias, vel peremptorias. Hoc sanē casu, is consensisse, & prorogasse iurisdictionem illius iudicis dicitur, atque praesumitur, l. sed est susceptus, in prin. ff. de iud. & c. inter monasterium, de re iud. & tradunt Bart. in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud. & in l. quidam consulebat, ff. de re iud. Bald. in l. vlt. C. de iud. Pract. Papiensis in forma de declinatione iurisdictionis, in verbo, nec fuisse, num. 1. Imol. in l. quidam consulebat, num. 39. ff. de re iud. & ibid. Alex. num. 20. & late comprobat Fel. in d. ca. inter monasterium, num. 4. de re iud. & Decius in l. si conuenerit, nu. 24. ff. de iurisd. omn. iud. Parisius in consil. 15. nume. 5. & 6. lib. 4. Ripa in cap. 1. num. 5. 2. vers. circa primum, de iudicijs, qui testatur esse communem opinionem, & Vantius in tract. de nullitate, in titul. Quibus mod. sent. nulla defendatur, num. 80. Secundum est signum, & coniectura prorogate huius iurisdictionis, quando §. reus ipse conuentus, qui iudicium declinare potuit, sua ipsa sponte satisfecit iudicio sibi. Ita Innoc. in d. c. monasterium, & ibid. Fel. in nu. 9. de re iud. qui eisdem sententiae recenset Imol. in l. quidam consulebat, num. 41. Ita etiam Alex. ibid. num. 24. Et multo magis si etiam fideiussit de iudicato soluendo. Ita Soci-nus Sen. in consil. 113. col. 2. lib. 3. & Doctissimus Cardin. Albanus in Luceubrationibus ad Bart. in d. l. si conuenerit, nu. 5. Est autem secundum praedictos diuersum, quādo reus iste fuit ab ipso iudice coactus satisfacere. Non enim sic satisfecit, & consensisse praesumitur, cum §. actus necessitate factus, consensum non inferat, vt in specie docuit Ang. in l. sed est susceptus, ff. de iud. Idem est, quando reus ipse erraret, vt quia crederet se teneri satisfacere, cum non teneretur Nam & tunc non praesumitur consentire, cum errantis §. nullus sit consensus, l. si quis per errorem, ff. de iurisd. om. iud. Ita in specie declarat Imol. in d. leg. quidam consulebat, nu. 41. vcr. forte posset, & ibid. Alex. nume. 4. & Fel. in d. ca. inter monasterium, num. 9. qui testatur sic se aliquando

defendisse rusticum, qui praesertat satisfactionem de iudicio sibi coram Capiteano Pisano, iudice non suo. Et in dubio non praesumitur per errorem, & ignorantiam praesumit fuisse cautionem hanc, cum omnes §. teneantur scire iura. le. leges. Co. de legibus, & in specie annotauit Imol. in d. l. quidam consulebat, n. 41. in fi. Tertium est signu, & coniectura prorogata huius iurisdictionis, qn §. reus conuentus objicit non esse procedendum sine libello, & actor e contra dicit, procedi posse. Hoc sanē casu reus ipse dicitur, atq. praesumitur consensisse in iudicem. Ita manifestē docuit Imol. in d. l. quidam consulebat, n. 40. ff. de re iud. qui scribit, hoc esse ex mente Bar. ibi, atq. ita (ait Imo.) declaratur l. non videtur, ff. de iudic. Illud porro obseruandum est, quod si litigator non fuerit peritus, praesumitur in dubio coram iudice incompetente litigasse per errorem. Ita Spec. in titul. de iud. comp. aditione, §. 1. vers. sed nunquid praesumetur, Bal. in l. eos, in prin. col. vlt. C. de appel. Alex. in consil. 12. n. 8. li. 6. & Vant. in tract. de nullit. in tit. Quibus modis sent. nulla defend. n. 8. vers. erit tamen. Iurisdictionem quando Princeps praesumitur contulisse, & habilem reddidisse inhabilem, quem ad magistratum promouit, diligenter pertractatur. S V M M A R I V M. Iurisdictionem inhabili tribuisse censetur princeps, cum in literis promotionis inhabilitas expressa fuit. Idem etiam si fuerit adiecta clausula ex certa scientia, nu. 2. Huic tamen opinionem aliqui, licet male refragantur n. 3. Principem vno momento legis dispositionem interuere velle non praesumitur. Clausula, ex certa scientia, circa qua operetur. Dispenatio super inhabilitate, requirit iustam causam. Inhabilis quando dispensatus censetur, etiam si princeps nō exprimat in literis promotionis inhabilem, nec ad sit clausula ex certa scientia. Minori tribuens magistratum princeps, omnia eum rectē gerere decernit. Tutori permittens princeps domicilij mutationem, a tutela munere eum excusatum praesumitur. Bonorum possessionem pupillo decernens praetor, etiam sine tutore possessorem eum facit. Miles filium se habere sciens, alium instituendo, tacite praesumitur filium exheredare. Beneficium alicui conferens Pont. Max. ob aliquod temporale, praesumitur dispensare cum eo quoad penam simoniae. Infancem Pontifex scienter ordinando, famae restituere praesumitur. Spurium ad Episcopatum Pontifex promouendo, praesumitur eum eo dispensasse. Simoniam remisisse Pontifex praesumitur, si quem ad beneficia promouet, & si ceru' sciat ipsum beneficium emisse. Beneficium curatum conferendo Pontifex habenti simile super incompatibilitate praesumitur dispensasse. Matrimonij impedimentum sciens Papa, permittendo, videtur dispensationem concedere. Bannitum ad honores, & dignitates assumens princeps, eum eo dispensare praesumitur. Causam, a qua bis fuerit appellatum simpliciter committendo, videtur appellationem admisisse. Feudum princeps concedens monacho, vel mulieri praesumitur dispensasse, rot per substitutum seruiant. Scientia principis super inhabilitate promoti, quomodo probeatur. Inhabilitatem alicuius princeps ignorans, an promouendo eum dispensasse credatur, n. 23, 22. & 24. Dispensandi facultatem habens etiam a principe inferior, Tomus Primus. K 4 promo-